



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 50. Constantinopolim capit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV. ricorum Monachorumque contra Epis.  
A. C. 1328. copos aut Clerum: unde inferebant  
 fuisse crimen grandius conjurare contra Imperatorem, ac ei male precari nul-  
Ex. 22. v. 28. la habita ratione evidentium divini co-  
Act. 23. v. 5. dicis inhibitionem. Imperator Senior,  
I. Petr. 2. v. 17 quo usque per ferociam res deducta sit, videns, ac pejora veritus Patriarcham  
 cœnobio Manganico includi voluit sine vinculis, sed ita, ut nequiret egredi.

## §. L.

*Andronicus Junior Constantinopolim  
capit.*

Interea Imperator Junior in castris prope Constantinopolim positis versabatur: cum opifices duo e numero custodum portæ cujusdam Joanni Catacuce-  
Catacuz.  
I. I. c. 56. no Magno Domestico promisere se Imper-  
p. 178. c. 58. ratori portam tradituros. Postquam  
p. 184. c. 59. convenerat de die ac modo, res ita con-  
Greg. I. 9. c. 6 fecta est. Die Pentecostes 22 Maji post cantatas preces vespertinas Imperator per alterum opificem monitus collectis vasis per diem reliquum & maximam noctis partem exercitum duxit ad locum, cui nomen Clepta erat: ubi substitit ad multam lucem. Tum die toto ad noctem usque profecti Amblyopen prope Constantinopolim advenerunt. Appa-  
 rate

*Cant. c. 59.*

rato illic molimine eadem nocte milites *sæcul. XIV.*  
aliquot per duas scalas e funibus in mu- *A.C. 1328.*  
rum enisi recludendam curabant portam:  
per quam Imperator cum copiis urbem  
intravit obluctantem habens neminem.

Incedentium tumultum, armorum *Greg. c. 6.*  
strepitum, & populi plausus audiens An-  
dronicus Senior ante imaginem SS. Vir-  
ginis sub titulo Ducis viæ multos abhinc  
dies in palatium translatam se prostravit,  
divinæ Matri vitam commendans suam.  
Et vero Imperator Junior, antequam a-  
diret aulam, convocatis præcipuis ordi-  
num Ductoribus, necui mortem vel inju-  
riam inferrent, disertissime interdixit, *Cant. p. 186.*  
hunc eventum soli adscribens Deo. In-  
gressus aulam salutabat avum more soli-  
to: cumque confidissent, colloquentes  
aliquamdiu, malitiæ dæmonis, ea, quæ  
acciderant, tribuebant. Andronicus Ju-  
nior in facellum Virginis viæ Ducis se  
contulit, cui de prospero rei successu gra-  
tias egit. Deinde in monasterium Man-  
ganicum delatus eductum inde Patriar-  
cham jussit e familiaribus equis suis u-  
num infendere. Non autem Episcopi,  
non Sacerdotes eum comitabantur; sed  
tibicines, saltatores, ac foeminæ idem  
factitantes: inter alias quædam famo-  
sissima omnium, exercitum sequi solita  
vehebatur equo virilibus induta vestibus,  
atque per dicta personæ suæ congruen-

**Sæcul. XIV.** tia præsentibus movebat risum, Sic Pa-  
**A.C. 1328.** triarcha per triumphum reducebatur.  
**Greg. c. 7.** Habes nunc ea, quæ facta sunt die ter-  
tia Pentecostes 24 Maii.

Vesperi, cum Imperator Junior repe-  
teret aulam, a Niphone veteri Patriar-  
cha sibi occurrente rogatus, quomodo  
suum tractare avum vellet, Humaniter, a-  
jebat, & tanquam Imperatorem. Tum  
Niphon: Si regnare sine metu cupis, o-  
mnibus privatum insignibus imperatoriis,  
& fordido indutum cilicio in carcerem  
auf exilium mitte! Scilicet infixus Ni-  
phonis animo hærebat dolor, quod An-  
dronicus Senior ipsum gradu moveri si-  
verit, putabatque se posse denuo hunc  
conscendere. Quidam eorum, quibus  
ad Juniorem patebat aditus, similibus  
verbis eum cohibebant, ne suum avum  
velut Imperii socium observaret. Itaque  
post multas deliberationes statutum est,  
ut retineret imperatoria ornamenta, &  
maneret in palatio; exiret vero nun-  
quam, nullique negotio se admiseret;  
haberet tamen, unde decenter viveret  
cum ministris suis.

§. LI.